

Agree :
Commentatio
ad Beccaria-
na iuris
de delictis
prudentia
calorice
cav-
tis



II 35
Gr. 2. num. 2.
1768
Gött
GEORGII HENRICI AYRERI D

CONSILIARII AVL REGII IVR ANTECESSORIS
ET ORDINIS IVRIDICI DECANI

COMMENTATIO

AD

BECCARIANA CONSILIA

DE

DELICTIS
PRVDENTIA LEGISLATORIA
CAVENDIS

P 422



Kp 191.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE

MDCCLXVIII.

GEORGII HENRICI AURELI D
COMMISSARII AVI REGII ET AULICIS
ET CENSORIS IMPERIALIS
COMMENTATI
AD
HECCHIRIANA CONSILIA
DE
PRAESENTIA FELICISATORIA
CAEANDIS



FRANCOF. ET IMP. ET LIBR.
MDCCLXVIII



Inter tot tamque praeclaros Scriptores, qui
naeuos jurisprudentiae cum Antejusti-
nianae, tum Justinianae et Postjustinianae
ac hodiernae ob oculos ponere adgressi sunt, etiam Ital-
is, ex quorum solo natali jura peregrina in Germaniam pa-
riter atque alia Europae regna migrarunt, magno fere ubique
cum plausu excepta et recepta, haec debetur laus, quod de
emendanda jurisprudentia tam ciuili, quam criminali, nun-
quam non solliciti fuerunt. Quid jam dudum celeberrimus
MVRATORIVS, non vno nomine de orbe eruditio praeclare
meritus, praefliterit (*), et quos aduersarios ex ipsis ciuibus
suis immerito quidem, quod non tam ipsam boni et aequi artem
in se laudabilem honorabilemque, quam potius jurisconsul-
tos, judices et cauifidicos vituperauit, qui illam vel non sa-
tis callent, vel non recte applicant neque cum intelligentia
fapien-

(*) In Tr. *Dei difetti della Giurisprudenza*. Venetiis 1742. edito.



sapientiam ciuilem, rem illam, vt VLPIANVS vocat (*), san-
ctissimam, sed pretio numinario non aestimandam, conjun-
gunt, nactus fuerit, alibi (**) ostendi. Nuperas vero Illu-
striss. Marchionis DE BECCARIA (***) vestigia Montescouia-
na plurimam partem legentis, subinde tamen ab iis disceden-
tis, Considerationes de defectibus jurisprudentiae criminalis
supplendis corrigendisque sollerti cura examinavit doctissimus
Candidatus in dissertatione sua inaugurali, vbi quaestionem
adeo vexaram, vt verticosum gurgitem illam adpellauerit
SAM. RACHELIVS (†), qualis nempe justitia, commuta-
tiua, an distributiua, in poenis decernendis infligendisque
obseruanda sit, probe ac distincte excusfit. Quam itaque
eidem aliquid praefari muneris, quo jam fungor, ratio me
jubeat, haud incongruum fuerit connexam potius scribendi
materiam sumere, quam a praesenti instituto alienam.

§. I. Cauendum esse, quam maxime, ne delicta man-
ant impunita, nemo non, quamuis S. BERNARDVM (††),
qui *impunitatem incuriae sobolem, insolentiae matrem, radice*

(*) In L. I. §. 5. ff. *de extraord.
cognit.*

(**) In progr. ad Consultissimi
Licentiati VON DEN STEENHOF de
praxi judiciorum erronae et erroribus
communibus differt. inaugur. in
quo actum est de *Jurisprudentia
non nisi abuentiam virtutis virtuosa, et
quod continet Sylloge opus. N. VIII.*

(***) Cuint libellus *Dei delitti e
delle pene, saepe typis repetitus,
atque ex Italica in linguam Gallicam
non minus quam Germanicam,
translatus est, quae ultima versio su-
periori anno Ulmae cum animaduer-*

*sionibus quibisdam anonymis, ex
plane alio tamen, quam Beccariano,
fonte haustis, lucem adspexit. Pro-
diit etiam iam anno 1766. sine men-
tione loci impressionis *Commentaire
sur le livre des delits et des peines
par un Avocat de prouince, sub quo
nomine Cel. VOLTARIUS latere cre-
ditur, nec non Geneuae 1767. *Dé-
sours sur l'administration de la ju-
stice criminelle prononcé par Mr. S.
Avocat General.***

(†) In diff. de poenis.

(††) L. III. de confid. ad Eu-
genium.

❀ ❀ ❀

cem impudentiae, transgressionum nutricem vocat, nec legerit, nec audiverit, intelliget, qui indolem et naturam societatum ciuilium paulo proprius intuetur caussasque sat graues perpendit, propter quas homines cum jactura libertatis suae naturalis in illas coiuerunt. Resp. igitur quaecunque legibus etiam poenalibus ut sit armata contra turbatores internos securitatis ac tranquillitatis, qua quilibet, qui se imperio ciuili submissit, gaudere debet, sicuti armis munita aduersus hostes exter nos, salus publica omnino eo magis postulat, quo minus omnia delicta et crimina poenas naturales secum ferunt, et quo magis hinc ad coercendam hominum aceleratorum malitiam politiuae, siue capitales, siue poenam languinis non ingerentes species, necessariae sunt ().*

§. II. Quomodo vero comparatae esse debeant ejusmodi leges poenales, qua circumspetione et prudentia in illis se rendis, atque statui cuiusvis reipubl. genioque populi aptan dis vtendum sit summis imperantibus, quid magistratibus circa illas custodiendas et exercendas incumbat, qua ratione delicta sint inuestiganda eorumque rei ad statum vel confessionis,

(*) Aliter quidem, praesertim quoad capitales, post multos alios sentit clarissimus interpres Germ. dissertationis III. HOMMELII, aliquot abhinc annis sub tit. *principis cura leges editae*, sed dudum Ius vitae et necis in delinquentes ac criminum capitalium reos principibus vindicatum est. Conf. in primis ea, quae BARBEYRACVS ad GROTIUM et PUFENDORFIVM, quorum de hac re doctrinas, vti alias, perpetua comparatione examinavit, commentatus est. Nec omnibus imperan-

tibus licet imitari exempla, ad quae AVCTOR *commentarii* supra memorati, contra poenam mortis differens, his prouocat verbis: *Ravement les voleurs sont ils punis de mort en Angleterre, on les transporte dans les colonies. Il en est de meme dans les vastes Etats de la Russie: on n'a executé aucun criminel sous l'empire de l'Autocratrice Eli/aheth. Catharine II qui lui a succédé avec un génie très supérieur fait la même maxime.*



sionis, vel coniunctionis perducendi, quando rigor aut adhendus, aut aequitate temperandus, humanaeque adeo imbecillitati aliquid condonandum gratiaeque locus relinquendus, id est, quod maximam attentionem penitioremque considerationem meretur.

§. III. Eo autem alloborare debent omnes et legumlatores et magistratus ac iudices iisdem subordinati, ut praecaveant magis delicta et crimina, quam admissa puniant. Nam sicut melius est principi malorumque originibus obsolare, quam fero medicinam parare, vulnera praeuenire, quam cicatrices velare, scintillas, quam flamas, extinguere; ita praefstat, conatibus delinquendi, antequam in actus erumpant, tempestiue resistendo, faciliorem damni a rep. auertendi viam eligere, quam difficiliorem illatum reparandi sequi. Quemadmodum igitur apud veteres Romanos primum Regibus, deinde Consulibus fasces ac securas, tanquam insignia potestatis suae, praeferriri solebant, ut terrori essent populo (*), ipsumque territorium, referente POMPONIO (**), haud absone Latinis dictum est ab eo, quod magistratus inter eius fines ius terrendi, id est, submouendi, habet; ita nostris quoque principibus optabilius esse debet, ut potestate gladii, ad animaduertendum in facinorosos ipso iure diuino sibi concessa merique imperii nomine comprehensa (**), ad terrendos solum atque terrore hoc abducendos a facinoribus ciues sibi subditos, vtantur, quam ut saepe ad gladium ipsum e vagina educendum, atque in nocentes ac criminosos stringendum ipsis procedendum sit. Quo enim ex sententia VLPIANI (+) exemplo punitorum deterriti minus delinquent, poenae

(*) Conf. HEINECCIVS in commentar. ad L. Iul. et pap. popp. L. II. c. 7.

(**) In l. 239. §. 8. ff. de verb. signif.

(***) In l. 3. ff. de Jurisd.

(+) In l. 6. §. 1. ff. de poenis.



nae delictis sunt statutae, quem earum scopum potissimum veteres et noui prudentiae ciuilis Doctores agnoscunt, quandoquidem omnes in eo contentiunt, quod, ut DIONYSIUS GOTHOFREDVS EX PLATONIS et SENECAE scriptis adnotauit (*), nemo prudens puniat, quia peccatum est, sed ne peccetur, neque tam ad praeteritum, quam ad futurum, poenae referantur, cum puniens non irascatur, ut SENECA docet (**), sed caueat, omneque genus poenae remedii loco admoueat atque initius ac tristis ad puniendum procedat. Quare Magistratus Romani praetextati incidentes, cum ciuem quempiam damnaturi erant, ponebant praetextam eamque peruersam induabant, id est, partem illius floridiorem ac nitidorem introrsus ad se veriebant, moeroris significandi gratia (**). Ad incutiendum vero terrorem omnibus, prisco more classicum in supplicio ciuis cani et concio solebat conuocari (†).

§. IV. Negligentia huius curae cauendi delicta magnum certe naeum iurisprudentiae criminalis ac potestatis, tum legislatoria, tum iudicariae, indicat, in quem quadrant omnia illa veriuerbia, quae consueto suo stylo aenigmatico et sententioso ex scholis modo philosophorum, modo theologorum petita, in commercio suo epistolico, nuper ex Anglico in Gallicum sermonem conuerso, ipsi Regi Angliae, Iacobo I. Illustriſſ. quondam HENRICVS HOWARDVS in memoriam reuocauit (†); scilicet malum, qui non impedit, ilud adiuuare, negligentie media finem excidere ipsumque reum

inib⁹ mēldeſ ſe
(*) ad I. modo cit. Not. f.

(**) de Ira L. I. c. 36. et L. II. c. 31.

(***) Ut refert ANT. MURETUS ad SENECAE cit. L. I. c. 16. n. 10. idque notabili exemplo comprobat

ex VALERIO MAXIMO L. IX. c. 12.

§ 7.

(†) Teste TACITO Annal. IX. 32.

(††) Vid. Correspondence secrète du Chevalier Robert Cecil avec Jacques VI. Roi d'Écosse Epist. XI. p. 294. et Epist. XII. p. 340.



se facere eorum, quae inde consequuntur, et sic porro. Ad haec incommoda cuitanda scopumque omnis legislationis sapientis feliciter obtinendum quatuor potissimum media celeberrimus AVCTOR, in cuius libellum eatenus commentari nunc animus est, proponit (*).

§. V. Primum, quod ipse quidem ultimo loco leuiter tantum tetigit (**), idque tutissimum, sed difficillimum etiam, sine dubio consistit in sedula vigilique circa educationem et institutionem liberorum cura, quae non solis parentibus vel tutoribus relinquenda est, sed omnibus rerum publicis ac ciuitatibus moderatoribus cummaxime incumbit. Horum enim est seminaria bonorum ciuium condere, eumque in finem non solum scholas publicas passim in provinciis suis erigere, sed easdem etiam idoneis, habilibus ac probis praceptoribus instruere; hos vero in pretio suo et honore ita habere, ut ne iusto citius e puluere scholastico ad munera lautiora, pinguiora et honorificentiora adspirent eaque ambire inopia saepe inuiti cogantur (**). Quod diutius hi muneri suo, si illo dextre alacriterque fungantur, praeſunt, eo maiorem utilitatem reipublice adferre possunt, dum futuros ciues recte erudire, a teneris virtutis amore et

vitiis

(*) Haec vero ius praemittit. §. XLI. E' meglio preuenire i delitti che punirgli. Questo è il fine principale d' ogni buona legislazione che è l' arte di condurre gli uomini al massimo di felicità o al minimo d' infelicità possibile, per parlare secondo tutti i calcoli dei boni et dei mali della vita

(**) §. XLV. ubi ita loquitur: Finalmente il più sicuro, mà più difficile mezzo di preuenire i delitti si è perfezionare l'educazione, etc.

Antea tamen §. XLII. ita dixerat: delle science, volete preuenire i delitti? Fate che i lumi accompagnino la libertà.

(**) Grauiter debitam ordini scholastico existimationem contra eiusdem contemtores superciliosos iam superiori seculo b. LVTHERE effatis innixus vindicauit ignotus mihi AVCTOR rariois libelli, qui Cosmopoli aq. 1671. prodiit, sub tit. *Iustus vindex ministerii scholastici.*

vitiorum odio implere, atque, ne inutilia terrae pondera et carcinomata, nullis deinde medicamentis sananda, fiant, mature ad usum reipublicae conformare student. Rei tam momentosae accurandae necessitas cum ex aliorum doctrinis, tum in primis ex verissimo effato *Iosocratico* perspicue adpareat, quod non ita pridem iam alia occasione adduxi (*), dignum sane, quod iterum iterumque repetatur, videlicet homines male institutos leges etiam exquisitissimas negligere audere, qui autem recte et constanter educati sint, atque magnitudini animorum assuefacti, eos demum bonis legibus obtemperare velle. Hinc fluit, quod porro (**) non minus vere obseruat, propterque iis moribus et institutis similes euadere necesse esse, quibus singuli educati fuerint. Eadem iam vetustissimis temporibus monuit *OCELLVS LVCANVS* (**), Pythagorae discipulus, familias facere, scribens, partes totius alicuius ciuitatis, quae si partibus vitiosis constet, ipsum quoque vitiosum esse oportere totum. Sed non opus est tam alte hanc veritatem, quam et *PLATO*, et *ARISTOTELES*, et *PLUTARCHVS*, aliquique philosophi Graeci et Latini, agnouerunt ac laepius inculcarunt, repetere, cum rei evidentia ipsa loquatur. Iuuabit tamen adhuc in medium adferre ea, quae *IACOBVS SIMANCA*, inter clarissimos sui temporis Hispanos eminentes Episcopus olim Pacensis, congregis ad suam de hac re sententiam firmandam elogii ac testimoniis veterum, non minus docte ac cordate his scripsit (†) verbis: *Ex educatione mala praui pueri, peiores adolescentes et viri pessimi solent euadere; cum igitur sit optima reipubl. gubernatio, quae ciues meliores facit, summopere curandum est, ut pueri atque adolescentes recte*

(*) In oratione aditiali de *principiis cura inter leges et mores sollicitate dispertienda* pag. 28.

(**) In *Areopagit.*

(***) Vid. cap. III. §. 7. cum

dissent. Illustriss. Marchionis d' Argens.

(†) In Tr. de Rep. recte instituenda, conseruanda et amplificanda, Lib. IX. cap. 25. n. I.



Ete eduentur, non enim alia re meliores homines sunt. Nam, ut ciuis meus, SENECA, inquit, educatio mores facit. Haec omnia tam certa sunt, quam quae certissima: Nemo igitur, nisi cui insanum est sinciput, iisdem assensum sum praebere dubitatibit (). Quo cultiores inde sunt populi, eo magis, morum etiam corruptelis sublatis, a delictis et criminiibus atrocioribus abstinebunt. Soltem crudelitate suppli- ciorum facilius supersedere possunt principes, qui populos suos bene educendos curant (**).*

§. VI. Alterum medium praeueniendi delicta est simplitas et perspicuitas legum, quas sciant solasque timeant ciues (**). Certe quo sunt obscuriora, implicatoria et incertiora legum oracula, eo minus verus eorum sensus percipi potest, faciliusque contra illa sub velamine obscuritatis et inde

(*) Inter plures scriptores recentiores, qui hunc locum communem tractarunt, legi merentur viri celeberrimi MONTESQVIONIVS de l' *E-sprit des Loix* L. IV. DE REAL dans la science du Gouvernement T. I. L B. DE BIELEFELD *Institutionis polit.* T. I. cap. IV. BVRLAMAQVI in Tr. des principes du droit politique p. II. c. 7. §. 26. sqq. nec non HELVETIVS de l' *Esprit* Disc. III. sqq.

(**) Alia quidem sententia est Pseudo-politicorum, qui, satius esse, dicunt; populum in sua ignorantia et barbarie relinquere, quam erudire. Sed eam MONTESQVIOVIO, VOLTARIO, MELONIO, hac parte recte assentiens refellit modo laudatus L. B. DE BIELEFELD l. citat, vel exemplo Russorum, ad quos polliendos Petrum Magnum fecutae

Imperatrices, in primis quae hodie glorioissime imperat, nihil reliqui fecerunt. Vid. praeter illa, quae summe venerandus BVSCHINGIVS de institutis scholasticis imperii Russici in lucem emisit, Excellentissimi viri, AVG. LVD. SCHLÖZERI, qui nuper egregium specimen *Annalium Russic.* edidit et nunc ad rite adorandum Historiam Russ. se accingit: neu verändertes Russland, oder Le- ben Catharina der zweyten, Kayserin von Russland. N. IV.

(***) Ita sonant verba §. XLI.: *Volete preuenire i delitti? Fate che le leggi siano chiare, e che tutta la forza della Nazione sia condensata a difenderle e nessuna parte di essa impiegata a distruggerle. Fate che gli huomini le temano et amano esse sole.*

inde sumto praetextu ignorantiae peccatur (*). Neque hinc rigor poenae ignoratae locum habebit (**). Sicuti vero CICERO iudice (***)¹, *civitas sine lege, ut corpus sine mente, suis partibus, ut nervis ac sanguine et membris viri non potest*, multitudo e contrario legum reipubl. noxia magis, quam proficia, habetur: ita optime eidem haud dubie consultum est, vbi pauciores, ad salutem tamen publicam tuendam sufficientes, clare concipiuntur atque, ad exemplum solitorum articulorum militarium et legum Academicarum, uno quasi fasce vel codicillo comprehenduntur, vt quilibet ex populo cunctas instar Decalogi scire ac sine multa difficultate intelligere queat. Neque longo etiam hic prologo, neque epilogus est opus. Ille potius nihil, nisi prohibitionem, hic solam sanctionem poenalem, quae vim illam cogendi masculinam, vt ARISTOTELIS docet (†), delinquentibus aperit atque comminatur, debet continere.

§ VII. Tertium est vigilantia magistratum (††), quibus custodia legum est demandata, sine qua, monente PLATONE (†††), nec optimae prodesse possunt. Omnes vero iudices meminisse Baco de Verulamo (††††) non sine causa, *iubet, esse muneris sui, ius dicere, non dare, leges interpretari, non condere*. Quo plures igitur sunt, qui iudicium constituant, eo magis viuis alterum potest, salua concordia, in omnibus rebus agendis diiudicandisue tam commendabili

(*) Vid. FR. BACO DE VERULAMO in sermon. fidel. N. LXI.

(**) Nemo enim, nisi sciens, eur poenam patiatur, puniri potest, vt recte judicat lusibus alias ingenii indulgens L. B. ab HOLBERG in cogitationibus suis de fato.

(***) In orat. pro Clientio.

(†) Eth. L. X. c. 9.

(††) De quibus ita habet §. XLIII. *V'n altro mezzo di prevenire i delitti si è di interessare il Confessore esecutore delle leggi, più tosto all' offerenza di esse, che alla corruzione.*

(†††) de Legib. L. VI.

(††††) I.c. N. LIV.



bili(*), monere et cauere, ne in judicando a regula praescripta aberretur. Plura tamen, sed minoris momenti, arbitrio iudicis, quod vero nomen IUSTINIANVS Imperator a nomine, nisi legum perito et rerum gerendarum viu subacto, gestari voluit (**), sunt relicta. Prudentissimum consilium hic dat MARCIANVS ICTUS (***) perspicendum nempe esse iudicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituantur, quam causa depositi; nec enim aut severitatis, aut clementiae gloria affectuanda est, sed perpenso iudicio, prout quaeque res expostulat, statuendum est. Plane in leuioribus causis priores iudices ad lenitatem esse debent: in grauioribus poenis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.

§. VIII. Ultimum, sed in materia criminali, si non prorsus ignotum, saltem vel omissum plane, vel vsu tamen non valde frequens, quamvis reliquis non minus efficax, remedium contra delicta est remuneratio virtutis(†). Certe SOLON, qui sapiens unus ex VII. et legum scriptor solus ex VII. dicitur, rempublicam duabus rebus contineri docuit, prae-mio nimirum et poena. Quam ob rem etiam DEMOCRITVS duos omnino Deos esse autemauit, poenam et beneficium (††).

C-

(*) Vid. SIMANCA l. c. L. V. c.
15. 16. et seqq.

(**) In praef. Non. 82.

(***) l. II. pr. de poen. quacum conferenda est l. penult. ff. eod. l. 10. ff. in f. de Rebus dub. l. 155. §. 2. de R. l. conf. LEYSERI sp. 643. sq. et diss. cel. FRIDERICI de Magistratu caute in decernendis poenis arbitrar. procedente. Add. TIRAKVELLV de poenis temperandis.

(†) Huc pertinent verba §. XLIV. un altro mezzo di preuenire i delitti è quello di ricompensare la

virtù. Sì di questo proposito offerto uno silenzio universale nelle leggi di tutte le Nazioni del dì d'oggi. Se i premi proposti delle Accademie ai discopritori delle utili verità hanno moltiplicato e le cognizioni e i buoni libri; per che non i premi distribuiti dalla benefica mano del Sovrano non moltiplicherebbono altresì le azioni virtuose? La moneta dell'onore è sempre inesauribile et fruttifera nelle mani del saggio distributore.

(††) Teste PLINIO Histor. nat. L. II. c. 7.

CICERO vero, neque domum, neque rempubl. stare posse, si in ea nec recte factis praemia extent vlla, nec supplicia peccatis (*). Verum quidem est, virtutem, quam proprium hominis bonum rectissime nominat TACITVS (**), per se amabilem ac fibimet ipsi pulcherrimam mercedem esse, ut SILIVS Ital. cauit (***) et OVIDIO judice (†),

Mercede caret persequere petenda est

Externis virtus incommutata bonis.

Sed non minus recte hic occinit aliis:

Ipse decor recti facti si praemia desint,

Non mouet et gratis poenitet esse bonum.

et iterum aliis:

laudataque virtus

Crescit et immensum gloria calcar habet.

Vt igitur, CICERONE (††) obseruante, honor alit artes, vt milites praemia a belli ducibus distributa alacriores ad pugnam reddunt bonorumque institutorum inuentores suafores ue magis magisque excitant ingeniaque accendunt; Ita etiam his omnibus virtutes aluntur, e contrario, prout haud male AGATHIAS (†††) iudicat, maximorum plerumque animorum vis hebetatur, cum nec honoribus bi extolluntur, nec digna factis recipiunt praemia (††††). Multum praeterea remunerations virtutum vitiis certis oppositarum reipubl. prodesse

pos-

(*) Cum his aliorumque veterum dictis, quorum plura hanc in rem colligit saepe laudatus SIMANCA l. c. L. IX. c. 20. sq. conueniunt inter alios DE REAL l. c. T. VII. fect. X. sq. et L. B. DE BIELEFELDT l. c. P. 1. c. V. §. 25. ita scribens: *Le monde n'est gouverné que par les peines et par les récompenses. Heureux le Souverain qui fait les employer à propos. Verissima est sententia CHRISTINAE, Re-*

ginæ Sueciae, occurrens in III. ARCKENHOLZII *Memoires* T. II. ouvrage de loisir cent. IX. n. 7. *Punir et récompenser ceux qui le méritent, sont les parties essentielles de la justice et de la politique.*

(**) *Histor.* IV. 17.

(***) *Punic.* L. XIII.

(†) ex Ponto II. 5. 38.

(††) L. I. *Tucul.* quaeſt.

(†††) *Histor.* L. V.

(††††) *Conf. Loccenus* in
b. 3 *Dif.*



possunt (*). Ita Romae olim, referente DIONE CASSIO, aliusque scriptoribus historiae Romanae, et in libera republ. et sub imperio Augusti ad augendam prole ciuitatem, leuanda familiae onera impediendosque fugitiuos amores, quibus admodum dediti erant Romani, praemia, quanta nulli virtuti, proposita coniugio, procreationi sobolis et educationi liberorum, plus subinde effecerunt, quam poenae coelibatus et orbitatis, quae antea fuerunt visitatae (**). Talia foecunditatis prae-mia hodie quidem, vbi vagae libidines potius refrenandae, quam excitandae sunt, non omnino locum inueniunt; ad cauenda tamen iufanticidia consultius foret puerperio illegitimo maculam, quam secum habet coniunctam, abstergere, quam femellis stupratis, quae flagitationibus (**) stupratorum ex imbecillitate sexus succuberunt, ansam praebere, quo turpitudinem inde metuendam a se auertant, et grauiditatem suam et partum celandi infantesque suos vel dolo vel culpa occidendi. Et quamuis negari ne queat, verendum sic esse, ne supra ex eo frequentiora nascantur, attamen, si mala inde oriunda cum crimine homicidii comparantur, e duobus semper minimum eligendum est (†). Ceterum mirum vide-

*Dissertationibus de ordinanda Rep.
L. I. c. X. de praemiorum iniusta
distributione ex distribuentis non re-
sta personarum aestimatione et L. II.
cap. IX. de recta praemiorum distri-
but. ex personarum aestimatio insti-
tuenda.*

(*) Vtrum vero metus poenae, an spes commodi vel prae-mii plus commoueat animos hominum? acute disquisivit B. CLAPROTH im Grunds-
ris des Rechts der Natur c. IV.

(**) Vid. GOTHOFREDI Fr. RAMOS del Manzano, BALIVINI et HEINECCI Commentar. ad L. Int.

pap. popp. eiusdemque *Antiquitat.*
Rom. L. I. Tit. 27. §. 20. sqq. nec
non PETR. SCHVLZIUS de *polypae-
dia*.

(***) Apud veteres Germ. sceleris ostendi, flagitia abscondi solebant, tesiſ Tacito de M. G. c. 12. per flagitium vero in primis vitium virginis illatum intellectum fuisse, ex ipsa vocis origine eleganter obseruat per ill. GEBAVERVS in *Vestigis iur.* Germ. differt XIV. p. 621.

(†) Quae hic in vitramque par-
tem consideranda veniunt, aequa
lance sapientissime ponderauit Au-
gustiſſ.

videtur **GOGVET' O** (†), multis vitiis per se turpibus nullas plane in legibus statutas esse poenas, et multas virtutes sociales a superioribus ne quidem attendi, nedum praemiis affici. Sed praeterquam, quod ipso quoque hoc agnoscente, non omnia legibus possunt comprehendendi, multa in vita ciuili pudori cuius-uis relinquenda et iusto contemtu sunt vindicanda, varia etiam, quae quamvis licita sint, tamen non honesta sunt, et vel preconceptis et perueris opinionibus (*), vel prauis consuetudinibus nituntur, non melius corrigi queunt, quam si vel publicis explodantur sibilis, vel dedecore turpique ignominia notentur. Denique silentio praetereundum non est, licet quisque fortunae suae faber iam dudum dictus sit Comico, non leuiora tamen esse, ut recte sentit, **BACO** (**) aut pauciora, aus minus ardua, quae ad fortunam comparandam requiruntur, quam quae ad virtutem: Quinimo nihil consequitur virtus, nisi comitem fortunam habeat; quod omnium experientia temporum praeter **SALOMONIS** (**) dictum, comprobatum est (†).

In-

gustiss. AVCTOR dissert. sur les *Rai-
sons d'établir ou d'abroger les Loix.*
P. 48. fqq.

(††) de l'origine des Loix etc.
T. 1, p. 35. ubi inter alia mentem fu-
am sic expromit: *Si les vertus sociales
demeuroient absolument sans recom-
penſes, il feroit à craindre que peu de
gens se portassent à les pratiquer. Legi
quoque hanc in rem meretur amoenus
aeque ac bene animatus AVCTOR
de la predication.*

(*) Quarnum complures THOM.

BROWN, Medicus Anglus, et le
GENDRE, scriptor Gallus, cum mo-
dis illas extirpandi congesserunt,
ille in Tr. des *Erreurs populaires*,
hic in Tr. de l'opinion.

(**) l. c. N. XXXVIII. et LX.

(***) *Ecclesiast.* IX. II.

(†) Lepidus extat *Dialogus inter
virtutem f. meritum et fortunam i-
dem confirmans* in fine Tom. IV.
du *Recueil de pieces attributes a Ma-
dame la Comtesse de la SUSE*, quem
legat, cui volupe est.



Interim meminisse juuat eorum, quae verissime canit
poëta:

Cetera cum pereant, quae praefert, commoda mundus,

Splendida virtutis gloria sola manet.



In:

et se agnoscere possit, et non
separari posse. Tunc ergo
tunc agnoscere posse. Tunc illi
relinquuntur, tunc agnoscuntur.

It is well known (C.)

et non possunt separari. Tunc
agnoscuntur, et non possunt
separari. Tunc agnoscuntur, et
non possunt separari. Tunc
agnoscuntur, et non possunt
separari.

The author says (C.)

and easily distinguished from
the rest, and no one can say that

one is not genuine (C.).
In this way we can easily
distinguish between them. The
true author is easily distinguishable
from the others. The author is
easily distinguishable from the
others. The author is easily
distinguishable from the others.
The author is easily distinguishable
from the others. The author is
easily distinguishable from the
others. The author is easily
distinguishable from the others.
The author is easily distinguishable
from the others. The author is
easily distinguishable from the
others. The author is easily
distinguishable from the others.
The author is easily distinguishable
from the others. The author is
easily distinguishable from the
others. The author is easily
distinguishable from the others.

TP 191

KO / P



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres
Inches

Farbkarte #13

H 35
G. 2. num. 2.
1768
Gött

GEORGII HENRICI AYRERI D
CONSILIARII AVL REGII IVR ANTECESSORIS
ET ORDINIS IVRIDICI DECANI
COMMENTATIO
AD
BECCARIANA CONSILIA
DE
DELICTIS
PRVDENTIA LEGISLATORIA
CAVENDIS

P 422
Kp 191



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE
MDCC LXVIII.

